



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

X

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Amersfordiense Coenobium ære suo liberaliter extruxit munificentissimèque fundavit: aliàque per Dioecesim suam Virginibus asceteria si non condidit, at certè sacrauit; ouiculas sibi commissas identidem monens, vt pro peccatorum freno, metum Gehennæ cordi suo continuo inscriberent, & ad divini iudicij perpendiculum omnia librarent: quâ & ipse unâ gradiens, ac de virtute in virtutem ambulans *sancti* nomen decusque obtinuit, & multis ad sepulchrum (quod in Ecclesia Amersfordiensi sibi vivus statuerat) miraculis inclaruit. Quæ hæresi isthic grassante deleta quia me latent, de ijs hîc vel invitus tacere cogor, Divinæ providentiæ consilijs demissè ac patienter omnia committens. *Ex Chron. Ultraiect. & Buccellino.*

X,

ESSENDIA *Provincia* istius *Caput* Festo cultus prosequitur SS. COSMAM & DAMIANVM *Martyres, quorum gladius istic sanguine rubens inter rara Lipsana monstratur. Ex Ann. Perarij & sacro istius Ecclesiæ indice.*

XI.

HEINSBERGA *Julia* non ignobile monumentum, magnum CHRISTI *Athletam* GAN-
GULPHUM.